AUGUSTINUS. HUGO DE SANCTO VICTORE
12. Jh. Seite 132v
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26328
Copyright: Admont, Benediktinerstift



debeat formari sermo doctorum. aperte ostenditur. dum in
usu tabernaculi tot uaria uasa fuisse memorantur. Et
acetabula namque acris et mordax. per fialas larga. per
cyatos uero mediocris predicatio signatur. que cum pro temporis.
tum pro auditorum qualitate uariatur. Quod beatus considerans Gregorius
aliter senes. aliter iuuenes. aliter uiros. aliter mulieres.
aliter fortes. aliter debiles. et ceteros in hoc modum admo
nendos esse testatur. Recte autem predicatores per duodena
rium numerum signantur. quia omnis predicatorum ordo adu
odenario apostolorum inchoauit numero. Vel quia in predicatione
scientia + scientie trinitatis. quam per iiii. mundi partes iuxta iiii. prin
cipales predicant uirtutes tota doctorum consistit. Libet
et hoc diligenter intendere. quod si aliquis ex panibus aliquo
dierum preter sabbatum auferri contingebat. continuo alius
loco eius reponi debebat. Sabbato uero simul omnes aufere
bantur. et nullus die eadem reponebatur. Sex dies ante
sabbatum presens sclm designabant. in quo si doctor aliquis
ecclesie ex hac luce subtrahitur. dum alius in eius locum pro
necessitate et utilitate ecclesie substituitur. quasi in locum
panis sublati alius procuratur. Sabbato uero quod eternam requiem
in spiritu sancto significat. omnes panes auferuntur. quia post
hanc uitam. quando prophetie euacuabuntur. lingue ces
sabunt. scientia destruetur. non iam opus erit exterioris
predicationis sono. ubi iuxta prophetam erunt omnes
docibiles dei. Oanna et filiis israel datum iam tunc.
non quasi pruina candescet. sed orto sole iusticie lique
fiet. quando eum quidem uirtus et dei sapientia est purifica

ti